


A

680

—

VI.



SCHAESAEUS, CHRISTIANUS

DE RESURRECTIONE MORTUORUM...

WITEBERGAE, 1563

= coll.

KOLOZSVÁR, EGYETEMI KÖNYVTÁR

JELZET: ~~XXXXX~~ B.V.M. 372

372  
373

# DE RESVRRE- CTIONE MORTVORVM, ET IV. DICIO EXTREMO, DEQVE VITA ÆTERNA, ELEGIAE QUATV- or quibus corruptissimi huius sæcu- li mores ad pœnitentiam inuitantur.

ADDITA EST ORATIO  
continens Historiam uitæ clarissi-  
mi viri D. Leonardi  
Stockelij.

AUTORE  
CHRISTIANO SCHÆSÆO.

Judicij extremi memores estote fideles,  
Ne nos præcipites naufragia Syrtis agat.

VVITEBERGÆ  
EXCVDEBAT IACOBVS  
Lucius Transylvanianus.

---

ANNO M. D. LXIII.



# DE RESVRRE<sup>2</sup>

CTIONE MORTVORVM ET IV-  
DICIO EXTREMO, DEQVE

Vita æterna, Elegiæ Quatuor, quibus cor-  
ruptissimi huius seculi mores ad pœnitentia-  
tiam inuitantur.

## ELEGIA I.

Quod futura sit mortuorum  
Resurrectio.



*P*lena malis tellus vitijs et pontus abundat,  
Impietas toto Regnat in orbe ferox.  
Olim quod vitium, modo virtus esse puta-  
Iamq; locum in summo culmine crimē habet. (tur,  
Ac velut insignis cum ludit Musicus arte,  
Nil dulci cantu turba mouetur iners,  
Ipsa sed oppiparis agitat conuiuia mensis,  
Pené vt distento viscera ventre crepent:  
Prælia pars miscet, pars grandia pocula siccat,  
Pars Citharæ sonitum garrulitate fugat:  
Omnia sic mundus diuina, humanaq; spernit,  
Iura silent, pietas exulat, alget amor.

*Conditor interea sacra per Mysteria verbi,  
Assidua mundum voce monere iubet.  
Crebro ut venturæ meditetur sæcula vitæ,  
Abstrahat à vicijs vindicis ira DEI.  
Quod postrema dies certo ventura sit aptè,  
Contra Epicureas ipse probabo sues.  
Hinc mundi extremam testantia signa ruinam,  
In cœlo & terris conspicienda, canam.  
Insuper æterni memorabo iudicis iram,  
Quæ fontes populos tempus in omne premet.  
Qua deceat iustos sese ratione parare,  
Ut valeant hilari cernere fronte DEVVM.  
Hisce pijs monitis homosi vel pareat vnus,  
Suscepti premium grande laboris erit.  
Vinitor ut gaudet rarois in vite Racemos,  
Quos non tempestas abstulit atra, legens:  
Semes amq; lupo veluti cum pastor ademit  
Agniculam, lætus fractaq; crura refert:  
Sic de paucorum cœlestis turba salute  
Erectos animos lætaq; corda gerit.  
Annuo Christe meis Iudex venture Camænis,  
Sic bene suscepsum perficietur opus  
Cæcus Aristoteles, & plurima turba Sophorum,  
Mundum principio & fine carere putant.  
Pythagoras animas ubi corpora prisca relinquunt,  
Corporis alterius membra subire putat.*

*Turpiter*

3

Turpiter & mendax Epicurus dicitat, orbes  
Concidere ex atomis atq; coire nouos:  
Delitijs animum præsentibus expleat omnis,  
Post mortem cui sunt gaudia nulla super:  
Ac hodierna dies melior, quām crastina lux est,  
Obvia cernuntur, nemo futura videt.  
Huius certatim viciosi verba magistri  
Plebs amat & sequitur, turpis signa frequens.  
At quibus est sane melior sententia mentis,  
Hac de re cupiunt dogmata nosse DEI.  
Principium mundi credant, finemq; futurum,  
Præmia pro meritis cuiq; ferenda suis.

## I. A TESTIMO=

nijs Diuinæ Scripturæ.

**S**ic ait afflatus cœlestis spiritus igne  
Psalmographus, cuius carmina pondus habent.  
Tu DEV Sex nihilo cœlum terramq; creasti,  
Quidquid & hæc orbis machina tota tenet.  
Omnia, in æternum te non pereunte, peribunt,  
Vestris vt à tineis trita perire solet.  
Sic Daniel rabidum coniectus in antra leonum,  
Diuino yates numine plenus ait:  
Exibunt patulis Rediuiua cadauera tumbis,  
Ediderit passim cum tuba clara sonum.

*Cum gemitu stygias pars ibit iniqua sub umbras,  
Pars melior cœli Regna beata colet.*  
*Iobus ait lugens, quo non patientior alter,  
Vermibus & scabie cum premeretur inops.*  
*Credo meus supera quod viuat in arce Redemptor,  
Quodq; mei curam sedulus ipse gerat.*  
*Quos habeo rursum gestabo corporis artus,  
Cum caro, quæ cinis est facta, resurget humo*  
*Hisce meis Dominum spectabo latus ocellis,  
Ipsiis æterno colloquioq; fruar.*  
*Sanctus ubi cœlum patriarcha petiuerat Henoch,  
Talia terrigenis verba locutus ait:*  
*Agmine multiplici stipatus ab æthere scandet,  
Arguat ut mundi turpia facta, DEVIS.*  
*Christus ait non est fraus cuius in ore reperta,  
Illiis absq; omni facta fuere dolo:*  
*Rusticus ut flauam comportat ad horrea messem,  
Et paleas rapido concremat igne leues.*  
*Sic per cœlestes in mundi fine ministros,  
Æ reprobis iustos ducet ad astra DEVIS.*  
*Degregibus pastor velut hircos arcet olentes,  
Ullam vim grauidæ ne patiantur oues.*  
*Sic erit à reprobo pius omne remotus in æuum,  
Cum iusto iniustus non habitabit homo.*  
*His ergo moniti dictis credamus oportet,  
Ultima quod veniet, sitq; propinqua dies.*

## II. A TESTIMONIO

conscientiæ piorum & impiorum.

**A**RGumenta magis dubiam firmantia mentem,  
Sit modo qui facili hæc audiat aure, canam.  
Iudicium proprio circumfert pectore scriptum,  
Iratim metuens fulmina quisq; DÉI.  
Siquis grande nefas scelus aut enorme patravit,  
Furando, aut homines ense necante pios.  
Siue torum nuptæ violauit adulter honestæ,  
Seu sibi periuro quæsijt ore malum.  
Is licet euadat terreni iudicis iram,  
Sanguine gaudentes carnificisq; manus.  
Attamen intus alunt pavidum præcordia motum,  
Ob scelus admissum conscientia mensq; pauet.  
Luce timet media, metuitq; pericula nocte,  
Qui sibi flagiti conscius esse solet.  
Iamq; suis humeris immensi pondera cœli,  
Vt sotent perimant, incubuisse putat.  
Ad strepitum folij, quem lenis concitat austera  
Horret, vt exanimem dixeris esse, malus.  
Hunc licet ingenuus curet Podalyrius ægrum,  
Quo non in medica doctior arte fuit.  
Quiq; Phyloctetæ sanauit crura Machaon,  
Afflicti haud poterunt addere rebus opem.

Siue

*Sive Midæ aut Pelopis tenet insatiabilis aurum,  
Diuitiæ mœstum non recreare queunt.  
Seu celebret dulci coniuia lauta falerno,  
Placatur nullo mens male sana mero.  
Flectitur haud fidibus, licet Augur pulset Apollo,  
Aut Orpheus traxit qui fera monstra chely  
Aspicis ut profugus toto Cain errat in orbe,  
Cuncta suo iugulo tela parata putat.  
Saul quoq; correptus furioso pectoris æstro,  
Quo fuit accinctus se dabant ense neci.  
Hoc tortore graui nimium cruciatus Iudas,  
A trabe sublimi triste pependit onus.  
Quæ damnatorum facies sit, forsq; futura,  
Hinc facile sapiens discere quisq; potest.  
Absq; metu medios pius inter obambulat hostes,  
Plena licet cingat nulla pharetralatus.  
Excipit impavidus metuenda tonitrua vultu,  
Nec metuit rapidos fulguris ille globos.  
Non ignem, non horret aquam mens conscientia recti,  
Nec necis ad laqueos præcipitata pauet.  
Gaudet & exultat medio Polycarpus in igne,  
Assertor veræ dum pietatis erat.  
Pro Christo Paulus iugulatur Apostolus ense,  
Visa tamen mors est hæc preciosa sibi.  
Bartholomæe tuo cutis est de corpore tracta,  
Pro Christo optabas hac ratione mori.*

*Saxa*

Saxa tegunt Stephanum validis contorta lacertis,  
Interea cœli gaudia sentit ouans.  
Insultat Decio feruenti in cruce Tyranno,  
Nolens Sacrilegi martyr habere notam.  
Sublimes animos (Res mira) tulere puellæ,  
Pro pietatate grauem cum subiere necem.  
Ad choreas veluti properabant pectore lœto,  
Supplicij tristem cum petiere locum.  
Credebant rapido se nectere in igne coronas,  
Pruna ipsis ardens flos ut odorus erat.  
Vincula prætulerant ferrata monilibus aureis,  
His ut araneoli tela, catena fuit.  
Hæni si sensissent venturæ gaudia vitæ,  
Tormina non poterant tam violenta pati.  
Ergo cum æternam probet experientia vitam,  
Nil poterit summo certius esse die.

### III. A IVSTITIA DEI.

Se DEVS à prima patefecit origine mundi,  
Iustitiam semper quod velit esse ratam.  
Vult punire malos, legum quos nulla cohercent  
Vincula, nec pietas æqua mouere potest.  
Vult seruare bonos, dextraq; potente tueri,  
Et dare virtuti præmia dingna DEVS.

B

At

At quia præsentj non ista videmus in ævo,  
Sed mala ferre pios & bona ferre malos.  
Aut DEVS iniustus quod sit fateamur oportet,  
Irrita qui faciat fœdera pacta semel:  
Aut speranda alia est multo fœlicior hora,  
Quæ sit in Ætherea sede parata pijs.  
Nemo potest iustis satis enumerare querelis,  
Quæ mala cogantur damnaq; ferre pij.  
Sustinet en quantos fermé exanimata dolores,  
Dum pariens vtero fœmina pellit onus:  
Tantos in summis Ecclesia luctibus hærens,  
Angores crebro cogitur orba patj:  
Sicut ouis meruit res nullo crimine cœdem,  
Crudelj à lanio quum iugulata cadit.  
Sic iustos manus inuadit violenta Tyrannum,  
Quos iuuat infectas Sanguine habere manus.  
Vt puer ereptus fidæ nutricis ab vlnis,  
Vagit, & à nullo sentit inermis opem:  
Sic neglecta cohors hoc esse putatur in orbe,  
Quæ studium veræ Religionis amat.  
Assiduo lachrymas, gemitus, planctusq; sonoros  
Miscet, & est vario turbine pressa crucis.  
Hanc vbi quis cernit, cui diues copia rerum  
Adfluit, en mundi triste catharma refert.  
Ordine si numeres à primo Martyre Abelō  
Historias, verum me retulisse feres.

Cæsus

6

Cæsus Abel perijt rabiosi vulnere fratris,  
Quod sua splendorius victima visa DEO est.  
Cum perisse Noach videt alto in gurgite mundum,  
Magnus in ipsius pectore mæror erat.  
Audijt infantum, iuueuumq; senumq; querelas  
Quando procellosis abriperentur aquis.  
Et nisi diuina recreatus voce fuissest,  
Ista nequiuisset tristia ferre diu.  
Exulat ut profugus, sedemq; relinquit auitam,  
Qui fuerat domino charus amicus Abram.  
Assiduo varians ut fert occasio sedem,  
Vix habet interdum queis locet arua pedem.  
Bis rapitur Sarae longe pulcherrima coniunx,  
Pastorum rixas sordida turba mouet.  
Miscere inter se vidit fera prælia matres,  
Cum dominæ renuit cedere ferua suæ.  
Ismael pulsus doluit cum matre tenellum,  
Morte sibi exilium durius istud erat.  
Cum sibi spes generis pulcher satus esset Isacus,  
Hunc DEV S ipse iubet dedat ut ense necj.  
Quanta Lothus patitur cum sulphure & igne Gomor-  
Ac Sodome tetræ tecta cremare videt?      rhæ,  
Sunt schola Marthyrij priscorū habitacula patrum,  
Vita Prophetarum plena dolore fuit.  
Occidit in cœco iugulatus carcere præco,  
Qui Christi tinxit Iordanis amne caput.

Quo caput, est toto non angulus orbe, reclinet  
Filius æterno de genitore satus.  
Sanguine terra madet, rubet æquoris vnda piorum  
Cæde, nec est iræ, fœnicieq; modus.  
Et reprobi ducunt tranquilla perocia vitam  
Affluit his semper copia diues opum.  
Perpetuo dum bella sonant, hi pace fruuntur,  
Risum pro lachrymis ore patente mouent.  
Facta velut Pario de marmore templa resurgent  
Quæ doctæ artificis composuere manus.  
Filia sic reprobi fulget cui nubilis ætas,  
Vestis in hac auro splendidiore riget.  
Laudatæ cuiuis placet huius gratia formæ  
Hanc amat, hanc sociam vult sibi quisq; tori.  
Plena nouo dulciq; madent cellaria musto,  
Vix capiunt messes horrea lata suas.  
Turba ouium generat multas fœcunda bidentes,  
Læta cohors peragrat pinguia rura boum.  
Alta domus firmis consistit fulta columnis,  
Stare vel aduersum fulmina tuta potest.  
Vlla nec à reprobis auditur in vrbe querela,  
Successum quod agunt semper habere solet.  
Semper habent oleum fructusq; virentis oliuæ,  
Frumenti & vini copia diues adest.  
Viue, animæ dicunt, tibi multa voranda supersunt,  
Te bona non alijs linquere parta decet.

Nondum

Nondum ruga caput frontemq; fatigat anilis,  
Restat adhuc vitæ semita longa tuæ.  
Quem celebrat Typus est epulo scriptura malorum,  
Eius amat mores mundus & acta probat.  
Quam Nero crudelis secure transigit æuum,  
Vnquam quo peior bestia nulla fuit.  
Polluit incestu matrem, pudibundaq; matris  
Viscera crudeli pandere cæde iubet.  
Nec prius humano quam tinxit sanguine dextram,  
Dormire aut potuit procubuisse toro.  
Risit ut accensæ consepxit mœnia Romæ,  
Duraq; nil patriæ pectora mouit amor.  
Occidit Senecam, necat hæc quoq; bellua Paulum,  
Inq; pios veluti sæuij ignis edax.  
Num feret impune hic tot crima dirus æxæwo?  
Propæna aut satis hæc mors breuis esse potest?  
Non impune feret cæco damnandus auerno,  
Spreuit enim summi iussa verenda DEI.  
Hoc quia non sæui plectuntur in orbe Tyranni,  
Obruit æterni vindicis ira Reos.

### III. AB EXEMPLIS

eorum, qui viui in cælum translati sunt.

**N**ondum bis steterat nouus orbis mille per annos,  
Aurea tum veré secla fuisse puto.

B 3 Cum

*Cum Cainitæ animæ decus immortale negarent,  
Delicijs captj corporis usq; sui.  
Altitonans viuum super æthera transtulit Enoch,  
Quo magis in toto non erat orbe pius.  
Hoc hominum voluit facto conuincere mentes,  
Corpora quod prorsus non peritura cadant.  
Altera cum mundi pugnax accesserat ætas,  
Exemplo renouat facta priora nouo.  
Flammeus ætherea currus demittitur axe,  
Quem procul igniuomum turba trahebat equūm.  
Hoc sacer assumptus cœlum concedit Elias,  
Hæc valedicturus uerba suprema facit:  
Quem colui & fido dilexi cor de tonantem,  
Venit ab hoc rutilans missa quadriga mihi.  
In terris cursum dederant quem fata peregi,  
Iam patriam, cœli Regna, subibo meam.  
Non dubitate pij cœlestia regna coletis,  
Ultima iudicij est quando futura dies.  
Ultima sed postquam subierunt tempora mundi,  
Insatiabilibus plena libidinibus.  
Euocat è clauso te Christus Lazare busto,  
Cum per quatriduum putre cadauer eras.  
Plurima quin etiam sanctorum corpora patrum,  
Cum Christo in vitam profiluisse ferunt  
Visus Adam, visusq; Abraham, multiq; Prophetæ  
Cum Sara visa est Eua nitensq; Rachel.*

*Hic*

8

Hic sacer ut coijt, retulit miranda senatus,  
Ordine quo fuerint edita facta DEI.  
Qualia quisq; suæ certamina tempora vitæ  
Gessit, in hoc pulchro sunt memorata choro.  
Hæsit in amplexu dans oscula suavia Christo,  
Singultu & lachrymis hæc referabat Adam.  
Laus tibi nate DEI, detur tibi gloria semper,  
Me quod ab æterna morte meosq; trahis.  
Cernere te volui cupidisq; amplexibus vti,  
Promissum Seimen cum mulieris eras.  
Nunc quia te cunctos video superasse labores,  
Est præsens multo gratior hora mihi:  
O vtinam veniens tua facta recenseat ætas,  
Et tibi pro meritis præmia digna ferat.  
Caſta EEI genitrix virgo (quoq; dixerat Eva)  
Viue diu tibi ſint omnia fauſta precor.  
Ipſa necem peperi technis decepta colubrj,  
Heu vocor infælix mater origo malj.  
Ipſa tuo reparas decus irreparabile partu,  
Fons vitæ atq; boni diceris eſſe parens.  
Filia, difficiles pro Christo infante labores,  
Pectora plena metu teq; tuliffe ſcio.  
His tibi pro grauibus diuina laboribus opto  
Præmia, quæ nullo ſunt peritura DEI.  
Christus vbi ſtatuit mundana relinquere Regna  
De Regno ſocios eruditq; ſuo.

It

*Cum Cainitæ animæ decus immortale negarent,  
Delicijs captj corporis usq; sui.  
Altitonans viuum super æthera transtulit Enoch,  
Quo magis in toto non erat orbe pius.  
Hoc hominum voluit facto conuincere mentes,  
Corpora quod prorsus non peritura cadant.  
Altera cum mundi pugnax accesserat ætas,  
Exemplo renouat facta priora nouo.  
Flammeus ætherea currus demittitur axe,  
Quem procul igniuomum turba trahebat equūm.  
Hoc sacer assumptus cœlum concedit Elias,  
Hæc valedicturus uerba suprema facit:  
Quem colui & fido dilexi corde tonantem,  
Venit ab hoc rutilans missa quadriga mibi.  
In terris cursum dederant quem fata peregi.  
Iam patriam, cœli Regna, subibo meam.  
Non dubitate pij cœlestia regna coletis,  
Ultima iudicij est quando futura dies.  
Ultima sed postquam subierunt tempora mundi,  
Insatiabilibus plena libidinibus.  
Euocat è clauso te Christus Lazare busto,  
Cum per quatriduum putre cadauer eras.  
Plurima quin etiam sanctorum corpora patrum,  
Cum Christo in vitam profiluisse ferunt  
Visus Adam, visusq; Abraham, multiq; Prophetæ  
Cum Sara visa est Eua nitensq; Rachel.*

*Hic*

8

Hic sacer ut coijt, retulit miranda senatus,  
Ordine quo fuerint edita facta DEI.  
Qualia quisq; suæ certamina tempora vitæ  
Gessit, in hoc pulchro sunt memorata choro.  
Hæsit in amplexu dans oscula suavia Christo,  
Singultu & lachrymis hæc referabat Adam.  
Laus tibi nate DEI, detur tibi gloria semper,  
Me quod ab æterna morte meosq; trahis.  
Cernere te volui cupidisq; amplexibus yti,  
Promissum Seimen cum mulieris eras.  
Nunc quia te cunctos video superasse labores,  
Est præsens multo gratior hora mihi:  
O ytinam veniens tua facta recenseat ætas,  
Et tibi pro meritis præmia digna ferat.  
Casta EEI genitrix virgo (quoq; dixerat Eua)  
Viue diu tibi sint omnia fausta precor.  
Ipsa necem peperi technis decepta colubrj,  
Heu vocor infælix mater origo malj.  
Ipsa tuo reparas decus irreparabile partu,  
Fons vitæ atq; boni diceris esse parens.  
Filia, difficiles pro Christo infante labores,  
Pectora plena metu teq; tulisse scio.  
His tibi pro grauibus diuina laboribus opto  
Præmia, quæ nullo sunt peritura DEI.  
Christus ybi statuit mundana relinquere Regna  
De Regno socios eruditq; suo.

It patrum magna comitatus ad astra cohorte,  
Cantibus angelicis aurag<sub>3</sub> mota sonat.  
Nubis in occursum veniens complexibus ambit,  
Et reducem dextram patris adusq<sub>3</sub> leuat.  
Vnde reuertetur magna virtute refulgens,  
Vindicet ut forti turpia facta manu.

## V. AB EXEMPLIS in Rerum natura & Grano triticj.

### I. Corinth. XV.

*camino  
6. c<sup>o</sup>*  
**F**Orte rudes animos nondum recitata mouebunt,  
Verba nec agrestes concipere alta queunt.  
Ergo oculis subiecta canam, manibusq<sub>3</sub> probata,  
Quæ naturali lumine mensq<sub>3</sub> videt.  
Est schola pinguis ager, sulci sunt deniq<sub>3</sub> libri.  
Rusticus vnde sagax discere multa potest.  
Ni prius injicias cerealia munera fulcis,  
Non ullum fructum grana inhumata ferunt.  
Ast ubi grana putris subierunt viscera terræ,  
Luxuriat vario germine pinguis humus.  
Ex sicco grano cum cespite surgit arista,  
Qua pallet rapido sole perustus ager.  
Cernis ut in bruma niuib<sup>3</sup>s iacet obruta tellus,  
Vtq<sub>3</sub> nec arboribus tunc decor ullus inest.

Mox

9  
20

Mox ubi florigeri redierunt tempora veris,  
Omnia cœlesti rore rigata virent.  
Tunc sedes est ubi nulla fuit, rosa pulchra videtur,  
Spina ubi dentata cuspide visa prius.  
Sic ubi mortales in humum posuerimus artus,  
Ad breue momentum nostra erit urna domus.  
Nostra velut dulci consurgent corpora somno,  
Semper ut æternæ tempora lucis agant.  
Si viret è sicco consurgens semine spica,  
Post hyemem sterilis si quoq; vernat humus:  
Certe homo cui inflata est diuini numinis aura  
E clausa exibit viuificatus humo.  
Quem propter facta est & ad huc stat machina mun-  
Cui DEV'S atq; omnis cœlica turba fauet. (di,  
Quem DEV'S in signum dedit aspice fœderis arcum,  
Hunc quoties cœli concava nubis habet.  
Ceruleum & rubrum geminos gerit iste colores,  
Hic ignem ostendit, signat at alter aquam.  
Ceruleus nymbis mundum perysse priorem.  
Præsentem arsurum flammeus igne docet.  
Qui noua venturæ non credit gaudia vitæ,  
Dignus is æterna morte perire fuit.

C ELGIA

# ELEGIA SECVN

*da, de tempore extremi Iudicij.*

**H**Aec tenus ostendi firmis rationibus orbis  
Machina quod præsens finem habitura siet.  
At procul est procul est finis gens impia clamat  
Mundi, non veniet tam cito summa dies.  
Est eadem cœli facies modo quæ fuit ante,  
Omnia in antiquo suntq; manentq; statu.  
Pallet adhuc aurum prisco quod palluit ævo,  
Quodq; prius fulcit, nunc quoq; fulget ebur.  
Ovesane tace, blasphemas contrahe voces,  
Ira DEI est grauior quo magè sera venit.  
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum,  
Defactis ratio, quo tibi danda venit.  
Quam prope dictabo finis nuc imminet orbis,  
Quæq; fidem faciant ordine signa canam.

## I. A SERIE QVA-

*tuor Monarchiarum.*

**N**ondum prima patrum vttys indulserat ætas,  
Sed magis ardebat mundus amore DEI.  
Grande scelus fuerat iuga detrectare parentum  
Natis, in precio seruus habebat herum.

*Non*

Non index, neq; licet erat fera vincula gestans,

Sponte sua legi paruit omnis homo.

Tandem degenerem per vim quasi compulit orbem,  
Ferre magistratus vincula dura DEVS.

Florentes opibus, bello & virtute Monarchas  
Qui reliquis praesint, iudicijq; regant.

Scilicet assiduis populus ne concidat armis,  
Neue ferus passim regnet in orbe dolus.

Vt vigeat pietas, & semper duret honestas,  
Cum lege horribilis pena statuta fuit.

Vt quo nota forent aduentus tempora Christi,  
Imperia euertit constituitq; DEVS.

Mirando Daniel praeuidit acumine regna,  
Principium & finem quando habitura sient.

Ordine considerint cum quatuor ordine regna,  
Discite postremum, dixit, adesse diem.

Primus in Assyrijs princeps dominabitur oris,  
Prælia successu prospere geret.

Hinc rerum ad Persas referetur summa potestas,  
Qui Medos socios imperijq; ferent.

Inde ad Græcorum fatalis gloria gentem,  
Imperij scandet, sed ruitura breui.

Vltima in Ausoniam transibit gloria gentem,  
Hanc penes imperium totius orbis erit.

Plurima subiicit sibi multo sanguine regna,  
Et bello reliquis paceq; maior erit.

Sed quia cuncta ruunt, dominatrix heu quando Ro-  
Vulnere ciuili debilitata ruet. (ma

Vincere quæ potuit letosq; agitare triumphos,  
Tristia cogetur vincula Roma patj.

Imperi veteris tenuis vix cernitur umbra,  
Omnia vis dicam: Roma ruina modo est.

Post Romæ tristem, gens surget Turcica, casum,  
Cuius erit feritas maxima, visq; grauis.

Horrida, contemtrix superum, pietatis & hostis,  
Quæ multa in Christum diræ venena vomet.

Vrbes delebit, gentes populosq; potentes,  
Gens ea perditio totius orbis erit.

Cumq; volet mundi princeps atq; esse Monarcha,  
Ex alto, lapsu mox grauiore ruet.

Non tamen humanis ea gens delebitur armis,  
Diuina potius fracta peribit ope.

Imo quò grauius pereuntem afflixerit orbem,  
Quoniam pios maius ferre iubebit onus:

Hoc citius ruet & stirps Turcica desinet esse.  
Per Christum ad stigios præcipitata lacus.

Tunc Christus cœli venturus ab arce Monarcha  
Ultimus, æternæ pacis & author, erit.

## II. A SERIE CRE=

ationis omnium rerum.

**C**onditor absoluit per sex opera omnia soles,  
Exornans miris cuncta creatam modis.

**S**eptima lux roseis ubi fulserat orta capillis,  
Dixerat exactum vidit ut auctor opus

**T**ot quia sustinui fabricando opera omnia curas,  
Septima lux nostri meta laboris erit.

**V**os quoq; mortales senis seruile, diebus,  
Hortor ut assiduo perficiatis opus.

**S**eptima festa dies erit hanc celebrate decenter,  
Æternæ vitæ nam gerit ista Typum.

**M**achina durabit mundi sex mille per annos,  
Sex eadem quoniam facta diebus erat.

**V**na dies coram domino mille efficit annos,  
Ergo hæc me ratio dicere vera probat.

**S**ex ab Adam solito perierunt funere patres,  
In cœlum viuus septimus Enochus abiit.

**S**ex patres mundi mortalia secula signant,  
Æternam vitam septimus esse docet.

### III. A TRIBVS potentij animæ.

**N**os animæq; triplex de fine potentia mundj,  
Firmiter erudiat qua ratione vide.  
**P**rima animæ virtus ratio diuina vocatur,  
Quæ præ est reliquis imperioq; regit.  
**H**uc bene conueniunt florentis tempora mundj,  
Cum nondum tellus mersa sub amne fuit.  
**M**aior erat pietas, erat & sapientia maior,  
In pretio virtus æqua fidesq; fuit.  
**T**unc inuentæ artes præsens quibus vtitur ætas,  
Quæ nunc discuntur nota fuerē prius.  
**R**obore præstabant & multo prisca vigore  
Corpora, vitæ ætas longior hisq; fuit.  
**M**orborum fuerant non agmina tanta malorum,  
Cognita nec priscis Gallica pestis erat.  
**D**ifficiles luxu fœdaq; libidine morbi  
Quotidie surgunt, vimq; subinde trahunt.  
**A**ltera feruentes in corde potentia motus  
Concitat, affectus immodicosq; regit.  
**Æ**tati mediæ quare confertur & apte,  
Orta sub hac sœui prælia Martis erant.  
**O**rdine succedunt fortes pereuntq; Monarchæ,  
Improbæ sub leges gensq; coacta fuit.

*Vixerat*

12 22

Vixerat hoc Samson sub tempore, vixit Achilles,  
Iessæi vatis σύνχρονος Hector erat.  
Omnia fulgebant tunc regna potentibus armis,  
Plena fuit tellus fortibus atq; viris.  
Tertia vis animæ comedendi sœua libido est,  
Quam sub se stomachi fœda culina fouet.  
Ultima progenerant tantummodo secla bibones,  
Orgia perpetuo qui celebrare solent.  
Luxurians iuuenis florente ætate senescit,  
Atq; immaturo funere raptus abit.  
Nemo manu fortis studet atq; animosus haberj,  
Cum sunt pro patrijs bella gerenda focis.  
Exceptis vitijs decrescunt omnia, mundum,  
Ad finem cursu præpete fata trahunt.  
Ecquis tam stupidus qui non videt ultima mundi  
Fata? vel exitium qui neq; triste videt.

## III. A DICTO

Eliæ Prophætæ.

Machina durabit mundi sex mille per annos,  
Dogmata cuiusdam vaticinantis habent.  
Post omni cultu totus spoliabitur orbis,  
Antiquumq; chaos postea mundus erit,  
Millia vasta duo, & duo lex, duo millia Christus,  
Omne per id tempus conficietur opus.

Tempus

*Tempus inane vocat, quia plebs nec sparsa per orbem  
Tam latē, & tellus non habitata fuit.*  
*Nondum mercator spacioſa per æquora vectus,  
In tumida nitidas classē vehebat opes.*  
*Tunc neq; certa fuit politiæ forma, regebant  
Omnia pro libitu per sua iussa patres.*  
*Lex tandem fertur poscens pro crimine pœnas,  
Et scelus ad missum morte piare iubet.*  
*Victima monstratur ferienda, simulq; docetur,  
Qui placeant cultus, displiceantq; DEO.*  
*Promissum referens tunc circumcisio semen,  
Fit sanctum, in vetulo corpore, fœdus Abræ.*  
*Peruia coëtilibus cinguntur & oppida muris,  
Ornantur luxu splendidiore domus.*  
*Quæ casa parua fuit tunc extitit ardua turris,  
Arx quoq; de tenui maxima facta domo est.*  
*Tertia Messiæ, qua vixit, dicitur ætas  
Christus, & ostendit signa stupenda docens.*  
*Hac ætate hominum postrema ad tempora mundi  
Agmina, diuina voce sonante, legit.*  
*Cnmg; cohors omnis fuerit collecta piorum,  
Omnia deficient finis & orbis erit.*  
*Ex dictis aliqui deerunt si forsitan annj.  
Interitum citius crimina nostra ferent.*

*V. A*

# V. ADVRATIO =

ne politiae Iudaicæ, quæ fuit typus  
regni Christi.

Ille & quingentos octo deciesq; per annos  
Atq; duos, Mosis stat politia decens.  
Vix puto durabit Christi respublica in orbe  
Longius, hoc certum plurima signa docent  
Aspice quam Mosis politeia simillima Christi  
Regno, quam pulchre huc omnia conueniunt.  
Sicut enim Pharao crudeli carcere gentem  
Ex Abrahæ natam posteritate premit:  
Sic Satan afflixit violento carcere plebem,  
Quæ titulum à Christo dulceq; nomen habet.  
Ut plebs euasit sub aquis pereunte Tyranno,  
Dux quando Moses agminis eius erat:  
Sic Satan est stygijs penitus submersus in vndis,  
Principe plebs Christo libera abiuit aquis.  
In vasta populus mala plurima vidit eremo,  
Attamen ætherea sede recepit opem:  
Sic Christi in mundi deserto Ecclesia viuens  
Cœlitus auxilium robur & omne capit.  
Tacta leui ferula dedit arida petra liquorem,  
Mannaq; cœlesti de regione cadit.  
Sed latere ex Christi patefacto militis ense  
Viuificans homines sanguis & vnda fluit. =

D Milli

Mellifluas Canæ duce Iosua possidet vrbes  
Quæ fuerat Pharao turba soluta iugo.  
Sic authore, pijs, Christo tribuetur abundans,  
Æternæ vitæ, Iusticiæq; locus.  
Quin etiam Solymæ quæ præcessere ruinam,  
Hæc eadem mundisigna ruentis erunt.

## VI. A SIGNIS

qui Christus enumerat Matth. 24  
¶ 25. Cap.

**D**E gener hæc ætas, erit ecce simillima, mundj,  
Temporibus Lothi, tenuoribusq; Noæ.  
Tunc ferus excussis viuebat mundus habenis,  
Nec monitis æquis paruit ullus homo.  
Quod libuit, licuit, non ex ratione voluntas.  
Sed magis ex cæco raptæ furore, stetit.  
Immodico implebant sua viscera edacia luxu,  
Et maduit multo Bacchica turba mero.  
Centauris similes media inter pocula fœde  
In sua grassantur viscera Marte trucj.  
Quæ fuit est eadem mode consuetudo bibendj,  
Ad frugem bibulos nemo vocare potest.  
Cantarus his ara est, templūq; taberna putatur  
Teq; DEV M ventris fordide Bacche colunt.

Heu

Heu quam dissimiles priscis sumus ecce pēlāgis  
Lex illis curæ sobrietatis erat.

Helotas pueris vino exhibuere madentes,  
Qui furiosorum prælia more cident.

Quicq; per Epotum committant turpia Bacchum,  
Quæ pudeat castos facta videre viros.

Hæc terrere volunt mala per spectacula natos,  
Res videant quam sit perniciofa merum.

Abstinuerè mero viginti sœpe per annos,  
Ingenio his tenero consulueremodis.

Vt magis apta forent iuuenilia corpora bello,  
Nutrita est parco prisca iuuenta cibo.

Cum Siculos vna, bis, luce videret edentes,  
Dicitur hæc sapiens commemorasse Plato:

Ingluuiies vbi tanta viget sapientia sedem,  
Non habet, est illic vita ferina magis.

Quid Plato dictaret coniuicia nostra frequentans  
Quæ luxu atq; epulo liberiore madent?

Non hominem, rabidum te diceret esse leonem,  
Aut monstrum horrendum, quod ratione caret.

Pectora feruebant succensa libidinis æstu,  
Non lex non ratio dux in amore fuit.

Nunc late per regna venus perq; oppida regnat,  
Plenaq; adulterij crimine terra manet.

Vt si leam Turcas, nil sunt nisi triste lupanar,  
Antra Papistarum, pontificumq; domus.

D 2 Nulla

Nulla tot incestus, ut præsens hæc habet ætas,  
Scortari vitium creditur esse leue.  
Fædera conubij subit immaturior ætas,  
Polluitur vetito curuus amore senex.  
Nunc velut ante legens ex merce numismata aurus  
Institor, immensas fœnore cogit opes.  
Ad se crudili trahit improbus omnia rectu,  
Per fas atq; nefas cuncta licere putans.  
Vera loquor, lato vix angulus ullus in orbe est,  
In quo mercator non sceleratus agat.  
Ædificant, frangunt, mutant quadrata rotundis,  
Quæ modo displicuit mox ea forma placet.  
Æquora squamigeri pisces contracta queruntur,  
Seq; sua pelli de regione dolent.  
Corporis in cultu luxus solet esse proteruus,  
Non ea simplicitas, quæ fuit ante, placet.  
Ad caligas multas gens prodiga postulat vlnas,  
Pendere ad talos has cupit usq; pedis.  
Nunc Euangeli magnus contemtus ubiq; est,  
Securè irrident secula nostro DEV M.  
Semper ab Hæreticis per mille sophismata vulnus  
Accipit, huic varia fraude sophista nocet.  
Inuadunt iustos violento Marte Tyrannj,  
Innocuos gaudent morte necare pios.  
Et vulgi vesana cohors sacra dogmata credit  
Somnia, quæ mentes falsa timere iubent.

Sive

15

*Siue tonet vibrans truculentæ fulmina legis,*  
*Siue etiam ostendat munera multa DEVIS.*  
*In cassum surdo narratur fabula mundo:*  
*Qui verbum summi negligit aure DEI.*  
*Non potuere patres charos reuocare potes,*  
*Donec diluuij subijcerentur æquis.*  
*Nec Sodomita tibi faciles dedit impius aures,*  
*Exitij præco cum pie Lot the fores.*  
*Quam paucos homines Christus conuertit in orbe?*  
*Quando docens etiam signa stupenda daret.*  
*Non animo doctor fidus frangatur oportet,*  
*Irritus in domino non erit ille labor.*  
*Nunciat interitum rerum natura labascens,*  
*Ingemit & finem poscit adesse suum.*  
*Ingratis renuunt modo seruire arua colonis,*  
*Cum tribulis lappas fert bene cultus ager.*  
*Sol stupet & cœca obducit caligine vultum,*  
*Crimina fœda hominum cernere ne sit opus.*  
*Machina iam titubans ostendit adesse ruinam,*  
*Naturæ inuersus quod satis ordo probat.*  
*Credite mortales quò pœnæ tardius adsunt,*  
*Hoc maiore Reos mole grauare solent.*  
*Credula sicut avis fallaces cum petit escas,*  
*Aucupis insidijs illaqueata perit.*  
*Vtq; repentinus matres dolor obruit ægris,*  
*Difficilis partus cum grauis hora venit.*

*Insp̄erata dies aderit sic vltima mundj,  
Et tacito incautos obruet illa pede.  
Iudicij extremi memores estote fideles,  
Ne vos pr̄cipites naufragia syrtis agat.*

## ELEGIA TERTIA

*De modo & processu extremi Iudicij.*

**C**VM ueniet Christus rutilantis in Ætere cœli,  
Omnia terribili mota fragore trement.  
Maximus ardebit flamma succensus Olympus,  
Obruēt & totam feruidus ignis humum.  
Cæra velut Solis resoluta calore liqueſcit,  
Aut velut admoto soluitur igne gelu.  
Omnia ſic mundi liquefacta elementa ruentis  
In nihilum rapido versa calore fluent.  
Horrida tempeſtas cœlo exorietur opaco,  
Cum tonitru igniti proſilientq; globj.  
Mæſta graui ferient gentes ſua pectora planctu,  
Plurimus exurget mortis vbiq; pauor.  
Tunc ſolio iudex DEV Secce ſedebite burnea,  
Splendida, ſceptra tenens omnipotente manu.  
Hunc circum angelici ſtabunt longo agmine cætus,  
Qui data continuo iuſſa libenter agunt.  
Os, oculos, ſceptrumq; mouens, Rex maximus orbis,  
Angelicis turbis talia iuſſa dabit:

Ite

16 17.

Ite benigna cohors, omnesq; adducite gentes,  
Ante meum iubeo stet modo quisq; thronum.  
Mox inflate tubas, clangoribus increpet Æther,  
Terrigenas cunctos buccina vestra vocet.  
Iudicium exercens pro admisso crimine pœnas,  
Et bene pro meritis præmia cuiq; feram.  
Quam tulero legem semel, haud reuocabitur vñquā  
Sed rata perpetuo firmaq; semper erit.  
Hæc vbi dicta, cohors ruet officiosa ministrum,  
Lætaq; in effectum ducere iussa volet.  
Stare suum populos vbi viderit ante tribunal  
Christus, terribili talia voce feret:  
Quæ loquor attenta mea verba reuolute mente,  
Quippe DEI haud hominis vilia verba loquor.  
De nihilo mundum magna bonitate creauj,  
Vt mea maiestas cognita vbiq; foret.  
Inspiraui homini diuinæ particulam auræ,  
Scire dedi quæ sint optima quæue mala.  
Morte mea eripui tristi sub morte iacentes,  
Pax mundo per me vita salusq; redit.  
Nil intermisi, docui, miracula fecj,  
Obtuli & æternæ cuiq; salutis opem.  
Qui mea seruarint ergo mandata requiram,  
Legibus infensi quiq; fuerè meis.  
Huc pia turba venii sceleratum defere cœtum,  
Atq; hilari dextrum iam pete mente latus.

Itibi

I tibi sorte datum, mundi ante exordia, regnum,  
Accipe, cœlestis pars eris vna chorj.  
Nam cum dira fames nostros labefecerat artus,  
Tu mihi præbebas larga alimenta manu.  
Grata ministrabas sitienti pocula lymphæ,  
Dulcior iste mihi Nectare potus erat.  
Pauper in incertis erravi sedibus hospes,  
Sponte vagabundo tecta dedere locum.  
Nudus eram, glaciale gelu mea membra momordit,  
Frigida texisti corporis offa mej.  
Cum lecto affixus morbo cruciarer acerbo,  
Abs te sum medica sœpe leuatus ope.  
Ferrea in obscuro cum carcere vincula gessi,  
Qui daret afflicto mite leuamen eras.  
Tunc respondebunt iusti, rex Inlyte, quando  
Contulimus, memoras quæ benefacta, tibi?  
Christus ad hæc, minimis quæ fratribus hisce dedistis  
Munera, sunt fateor cuncta tributa mihi.  
Post hac terribili reprobis sermone loquetur,  
Quos Index lænum iussit habere locum.  
I maledicta cohors stygijs sub tecta Tyrannij,  
Inq, isto æterno tempore viue lacu.  
Non me ieunum modico vel pane cibastj,  
Est aqua de liquido fonte negata mihi.  
Sede vagabundum, nudatum, veste putabas  
Indignum, cura nec tibi vincetus eram.

Tunc

17

Tunc damnata cohors mæsto sermone loquetur,  
Quando quæ memoras sunt mala facta tibi?  
Christus ad hæc, minimis quæ fratribus hisce nega.  
Dona, ea sunt fateor cuncta negata mihi. *Istis*  
Quid facient fures? quid adultera turba? Tyranni,  
Cum stabunt summi iudicis ante thronum?  
Nil erit occultum patefiant omnia mundj  
Crimina, quæ vafro tecta fuere dolo.  
Aduersum reprobos rerum natura loquetur,  
Supplicium inferri triste malisq; petet.  
Non dubito tales quin sit motura querelas  
Conscia terribiles impietatis humus:  
Largiter effudi pingues, mea numera, fruges,  
Copia nec dulcis defuit ylla merj.  
Ipsa homines, volucres, armentaq; pinguia pauij,  
Perpetuo nutrix omnibus æqua fuj.  
At genus humanum turpes conuertit in usus,  
Quæ bona parturiens munera terra tulit.  
Et miser electo mendicus ab agmine surgens,  
Aut vidua hæc imo pectore verba feret.  
Divitis occlusas pulsaui sepius ædes,  
Vilia sollicite tunc alimenta petens.  
Sed surda oblatas non audit aure querelas,  
Si qua dedit, facili non ea mente dedit.  
Pane canes pauit, renuit me pascere micis,  
Innumeras aluit sumptibus ille feras.

E

Noluit

Noluit exiguae dare nudo vestis amictum,

Qui celeres ostro diuite texit equos.

Quem patrem, meus hic tortor fuit, esse volebas,

Qui dare debuerat munera, raptor erat.

Cerea pro libitu quoq; flectere iura solebat,

Qui rigidus vindex debuit esse malj.

Ille suas nostris ditauit sumptibus ædes,

Ad se quæ potuit viq; doloq; trahens.

Hic accusabunt longo sermone Prophetæ

Effrenes populos carnificesq; suos.

Crimina diluicio deleti proferet orbis

Vncta cui portum præbuit arca, Noach.

Obscenos Sodomæ memorabit Lotthus amores,

Inq; Gomorrhea quis fuit urbe furor.

Quo vultu aspicies sceleratum Paule Neronem?

Qua voce illius facta nefanda canes?

Insuper Angelico tristis querimonia cœtu

Ad pœnam poterit, facta, mouere DEV M.

O homines, vestras vigili agmine cinximus vrbes,

Publica res nostro tuta labore stetit,

Vnica cura fuit vestræ seruire salutj,

Et Satanæ regnum debilitare potens.

Sed nostri in ventum sine fruge abiēre labores,

Ceu quis arenosum cum boue littus arat.

Dæmonis assiduo vos estis castra secutj,

Res fuerat vobis vana timere DEV M.

Ergo

Ergo quòd Stygias iussi properatis ad vndas,  
Credite nostra ingens pectora mæror habet.  
Iusta tamen summi celebramus facta parentis,  
Æterna reprobos morte quòd ipse domat.

18

19

**T**' Vnc referet celsa Rex maiestate verendus,  
Cuius in ore furor grandis & ira micat.  
Vnit summa dies & ineluctabile tempus,  
Quo graue supplicium turba prophana luet.  
**H**uc Erebi proceres pleni terrore venite,  
Quilibet huc vires robur & omne ferat.  
Nullum exquisitæ genus intermittite pœnæ,  
Cuiusuis rabies sit manifesta volo.  
**H**æc vbi dicta, Erebi subito exitiosa potestas  
Agmine terribili conspicienda ruet.  
Et raptos magno clamore ad tartara mittet,  
Vnde in perpetuum nemo redire potest.  
**H**eu damnatorum quam tristis imago futura est?  
Nulla satis pœnas lingua referre potest.  
**D**amnati æternum tenebroso in carcere viuunt,  
Donec erit cœlum patria fida pijs.  
**A**rdenti misere semper torrentur in igne,  
Momento nec sunt absq; dolore breuj.  
**H**ic dolor & gemitus, macies, pallorq;, pauorq;  
At q;ullo fremitus hic sine fine manent.

Hic sitis atq; fames arentia viscera torquet,  
Sulphur, pix, ignis, potus & esca manent.  
Guttula, ab extremis destillans vnguibus, vndæ  
Optatum frustra in tormine munus erit.  
Aspera semper hyems niuibus glacieq; rigebit,  
Nulla hic purpurei tempora veris erunt.  
Spasmus, hydrops, febris, capitis dolor, atq; Podogra  
Perpetuo affligen in Phlegetonte reos.  
Vermus edax sceleris sibi conscia pectora rodit,  
Rodere ceu carnem cancer ad ossa solet  
Prebent terribilem semiusta cadauera odorem,  
Continuas lachrymas fumus ab ore ciet.  
Quot maris vndoſo clauduntur in æquore guttæ,  
Aut quot in immenso fonte tenentur aquæ:  
Damnati viuius lachrymæ tot ab ore madebunt,  
Quarum nec numerus, nec modus ullus erit.  
Impia turba fremens, totumq; ululatibus orbem  
Complens, hos mæsto sparget ab ore sonos:  
Nos super o montes subitam accelerate ruinam,  
Sub uestra liceat mole latere reis.  
Assidue morimur, nec mors tamen improba cessat  
Vnquam nos stimulis exagitare feris.  
O inferne capax patulis modo faucibus adsis,  
Absorbe ventri debita membra tuo.  
Cuius adhuc nunquam tetegerunt vbera natj  
Perpetuo fælix estq; beata nurus.

Sic

19  
47

Sic etenim querulo plorabit carmine proles,  
Matris ob officium non bene grata sue.  
**D**ispereat qua sum nouus infans natus in hora,  
Qua sum conceptus sit maledicta dies.  
Quod si animal brutum, vel suis lutulent a fuisse,  
Non mihi tam grandis pena luenda foret.  
Quae semel interierent nec vñquam bruta resurgunt,  
In nihilum redeunt quae ante fuere nihil.  
Pernicies homines post tristia fata malignos  
Corripit, æternus consequiturq; dolor.  
**D**amnati cupient post secula mille quietem,  
Sed spes vel minimæ nulla quietis erit.

**N**ullius humanæ tanta est facundia lingue,  
Gaudia sanctorum possit vt illa loquij.  
Pro vili tecto spatiosi limina cœli  
Quæ nunquam carie conficiuntur, habent.  
Pro vinclo optata modo libertate fruuntur,  
Qua cupiunt datur his currerè lata via.  
Pro pane Ambrosia, pro lympha Nectare abundant,  
Hos sitis atq; fames lædere nulla potest.  
Non ullis morbis, neq; paupertate grauantur,  
Nulla his canicies, nulla senecta premet.  
Aspiciunt hilari supremum fronte parentem,  
Arcana illius cognita mentis habent.

19  
42

Sic etenim querulo plorabit carmine proles,  
Matris ob officium non bene grata suæ.  
**D**ispereat qua sum nouus infans natus in hora,  
Qua sum conceptus sit maledicta dies.  
Quod si animal brutum, vel suis lutulent a fuisse,  
Non mihi tam grandis pœna luenda foret.  
Quæ semel interierè nec vñquam bruta resurgunt,  
In nihilum redeunt quæ ante fuere nihil.  
Pernicies homines post tristia fata malignos  
Corripit, æternus consequiturq; dolor.  
**D**amnati cupient post secula mille quietem,  
Sed spes vel minimæ nulla quietis erit.

**N**ullius humanæ tanta est facundia lingue,  
Gaudia sanctorum possit vt illa loquij.  
Pro vili tecto spatioſi limina cœli  
Quæ nunquam carie conficiuntur, habent.  
Pro vinclo optata modo libertate fruuntur,  
Qua cupiunt datur his currere lata via.  
Pro pane Ambrosia, pro lympha Nectare abundant,  
Hos sit is atq; fames lædere nulla potest.  
Non ullis morbis, neq; paupertate grauantur,  
Nulla his canicies, nulla senecta premet.  
Aspiciunt hilari supremum fronte parentem,  
Arcana illius cognita mentis habent.

Ore suo laudesq; DEI nomenq; loquuntur,  
Non labor his vlius dulcior esse solet.  
Non de cœlesti metuunt iam sede ruinam,  
Peccare ulterius nam pia turba nequit.  
Certabunt captæ domitæq; illudere mortj.  
Quis tua mors victor fregerit arma refer?  
O inferne iaces, omnis tibi fracta potestas,  
Nec tibi sunt vires, nec tua tela nocent.  
Qui latum poteras prius armis concutere orbem,  
Exutus regno et viribus ecce Satan.  
Semper Iò Pæan cantabit turba triumphans,  
Illudetq; hosti tempus in omne suo.  
Sed quid ago, blæsa cur dicere voce labore  
Gaudia, quæ nondum sunt patefacta pijs?  
Da DEV'S æternæ capti dulcedine vitæ,  
Mundi huius fluxas prætereamus opes.

## ELEGIA QVAR-

ta, quomodo homines, vt æternam vitam  
consequantur, se componere  
debeant.

**N**on data in hac vita est nobis domus vlla manē-  
Cogimur ex aequo funera quisq; patj. (dj,  
Ergo aliam, pereat quæ nullo tempore, sedem  
Quærere sollicito queng; labore decet.

Quæ

*Quæ requiem fessis atq; hospita tecta ministret,*

*Exulibus statio quæq; sit apta viris.*

*Hæc domus est cœlum, patria vñica, firma, piorum  
Alta, capax, omni diuite plena bono.*

*Scire modum siluis, qua nam ratione petatur*

*Hæc domus, æterni regia celsa DEI:*

*Callidus obserua per agrans spatia ampla viator,  
Qua bene suscep tam terminet arte viam.*

*Discit iter primum studio vigilante viator,  
Ne procul ignotis deuius erret agris.*

*Sic tibi cœlestem sit curæ inquirere callem,  
Qui cupis ætherei scandere ad astra polj.*

*Nulla hominum dubius commenta incerta sequaris  
Fallitur & didicit fallere semper homo.*

*Consule, qui Domini sacra tractant dogmata, vates  
Æthereo quorum pectus & igne calet.*

*Hi tibi fulgentem in tenebris præferre lucernam  
Ne pede contingas obuia saxa, solent.*

*Instillare animis studio feruente laborant,  
Semina virtutum notitiamq; DEI.*

*Lux tua sit Domini verbum, mandaq; semper,  
Illiū, vt Thesei filiā secutus habe.*

*Infidos comites detrectat habere viator,  
Accersant, metuens, ne mala multa sibi:*

*Effuge sic comitum consortia praua malorum,  
Multæ solet petulaus ferre pericla comes.*

*Sese*

*Sese animæ comites multi insinuare laborant,  
Vt cœlo abductam tartara ad ima trahant.  
Primus adest Satanas, comes en tuus ipse futurus,  
Me duce perficies quod cupis, inquit, iter.  
Hospes vbiq; vagor toto notissimus orbe,  
Sunt cœli atq; orci cognita regna mihi.  
Tecta nec ostendam nigrum eructantia fumum,  
Fœtor vbi nares lædit odore graui.  
Ast vbi pro voto domus apta placebit & hospes,  
Ad luxumq; aderunt omnia prompta tuum.  
Mille tibi famulos genua inclinare videbis,  
Et domini titulo sæpe notatus eris.  
Additur huic hortans comes alter ad improba mun.  
Daemonis is sponsæ nomen habere solet. (dus  
Nil iuuat esse pium cœlesteq; quærere regnum,  
Dum licet hic vita prosperiore fruj.  
Multa pius patitur, pro certo incerta requirit,  
Et pro præsenti crastina lucra cupit.  
Quisquis es ergo, sequi mea te vestigia præstat,  
Hæc iter ad quæuis gaudia amæna dabunt.  
Tertius effrenis comes est caro nostra laborans  
Mentem continuis illaqueare malis.  
Conceptas iræ nunquam deponere flamas  
Vindicta est donec sœua peracta iubet.  
Suadet auaritiam summa pietate colendam,  
Fraude quod inuentas fulcit & auget opes.*

*Cum*

Cum ratione caro gerit implacabile bellum,  
 Subdita, si tentet, nec tamen esse potest  
 Non grauat immenso sua pondere terga viator,  
 Fert ea quæ facili ferre labore potest  
 Sic homo liber eat celsum ascensurus Olympum,  
 Scandere ad alta nequit pondere onustus homo.  
 Non sua terrenis inuoluat pectora curis,  
 Terrena immergunt corda sub antra Stygis  
 Multi diuinityjs, plures onerantur honore,  
 Hunc grauat ebrietas, illicitusq; furor.  
Heu modo quod facile est onus importabile fiet,  
Quod placet. & dulce est mox erit acre malum.  
 Nulla viatori patria est vt gratiор ora,  
 Fumum amat à patrījs posse videre focis.  
 Triste sibi exilium domus & peregrina videtur  
 Quæ regio patria distat ab vrbe procul.  
 Sint ingrata pijs hæc diuersoria mundj,  
 Et velut in saeuo carcere semper agant.  
 Erectos potius tollant ad sydera vultus,  
 Portus vbi & requies certa futura pijs.  
Dum lux est, nec adhuc cœlo micat Hesperus alto,  
 Hospitium sapiens quisq; viator adit.  
 Ne sero veniens clausa semotus ab vrbe,  
 Frigora cogatur dura famemq; pati.  
 Sic homo festina properanti currere gressū,  
 Intra, cœlestis dum patet aula tibi.

Cum ratione caro gerit implacabile bellum,  
 Subdita, si tentet, nec tamen esse potest  
 Non grauat immenso sua pondere terga viator,  
 Fert ea quæ facili ferre labore potest  
 Sic homo liber eat celsum ascensurus Olympum,  
 Scandere ad alta nequit pondere onustus homo.  
 Non sua terrenis inuoluat pectora curis,  
 Terrena immergunt corda sub antra Stygis  
 Multi diuityjs, plures onerantur honore,  
 Hunc grauat ebrietas, illicitusq; furor.  
 Heu modo quod facile est onus importabile fiet,  
 Quod placet. & dulce est mox erit acre malum.  
 Nulla viatori patria est vt gravior ora,  
 Fumum amat à patrijs posse videre focis.  
 Triste sibi exilium domus & peregrina videtur  
 Quæ regio patria distat ab yrbe procul.  
 Sint ingrata pijs hæc diuersoria mundj,  
 Et velut in sæuo carcere semper agant.  
 Erectos potius tollant ad sydera vultus,  
 Portus ybi & requies certa futura pijs.  
 Dum lux est, nec adhuc cœlo micat Hesperus alto,  
 Hospitium sapiens quisq; viator adit.  
 Ne sero veniens clausa semotus ab yrbe,  
 Frigora cogatur dura famemq; patij.  
 Sic homo festina properanti currere gressu,  
 Intra, cœlestis dum patet aula tibi.

*Sese animæ comites multi insinuare laborant,*

*Vt cœlo abductam tartara ad ima trahant.*

*Primus adest Satanas, comes en tuus ipse futurus,*

*Me duce perficies quod cupis, inquit, iter.*

*Hospes vbiq; vagor toto notissimus orbe,*

*Sunt cœli atq; orci cognita regna mihi.*

*Tecta nec ostendam nigrum eructantia fumum,*

*Fœtor vbi nares lædit odore graui.*

*Ast vbi pro voto domus apta placebit & hospes,*

*Ad luxumq; aderunt omnia prompta tuum.*

*Mille tibi famulos genua inclinare videbis,*

*Et domini titulo sœpe notatus eris.*

*Additur huic hortans comes alter ad improba mun-*

*Dæmonis is sponsæ nomen habere solet. (dus*

*Nil iuuat esse pium cœlesteq; querere regnum,*

*Dum licet hic vita prosperiore fruj.*

*Multa pius patitur, pro certo incerta requirit,*

*Et pro præsenti crastina lucra cupit.*

*Quisquis es ergo, sequi mea te vestigia præstat,*

*Hec iter ad quæuis gaudia amæna dabunt.*

*Tertius effrenis comes est caro nostra laborans*

*Mentem continuis illaqueare malis.*

*Conceptas iræ nunquam deponere flammis*

*Vindicta est donec sœua peracta iubet.*

*Suadet auaritiæ summa pietate colendam,*

*Fraude quod inuentas fulcit & auget opes.*

*Cum*

Cum ratione caro gerit implacabile bellum,  
 Subdita, si tentet, nec tamen esse potest  
 Non grauat immenso sua pondere terga viator,  
 Fert ea quæ facili ferre labore potest  
 Sic homo liber eat celsum ascensurus Olympum,  
 Scandere ad alta nequit pondere onustus homo.  
 Non sua terrenis inuoluat pectora curis,  
 Terrena immergunt corda sub antra Stygis  
 Multi diuitys, plures onerantur honore,  
 Hunc grauat ebrietas, illicitusq; furor.  
 Heu modo quod facile est onus importabile fiet,  
 Quod placet. & dulce est mox erit acre malum.  
 Nulla viatori patria est vt gravior ora,  
 Fumum amat à patrijs posse videre focis.  
 Triste sibi exilium domus & peregrina videtur  
 Quæ regio patria distat ab vrbe procul.  
 Sint ingrata pijs hæc diuersoria mundj,  
 Et velut in sæuo carcere semper agant.  
 Erectos potius tollant ad sydera vultus,  
 Portus vbi & requies certa futura pijs.  
 Dum lux est, nec adhuc cœlo micat Hesperus alto,  
 Hospitium sapiens quisq; viator adit.  
 Ne sero veniens clausa semotus ab vrbe,  
 Frigora cogatur dura famemq; patij.  
 Sic homo festina properanti currere gressu,  
 Intra, cœlestis dum patet aula tibi.

Non veniæ locus est semper, neq; gratia Christi  
Spreta, tuis oculis obuia semper erit.  
Omnia tempus habent, capienda occasio præsens,  
Cum fugit æternum non redditura fugit.  
Obruerit cœco cum te nox humida vultu,  
Heu frustra optabis velle videre diem.  
Optabant oleum fatuæ coemisse puellæ,  
Dum thalamum veniens sponsus adire parat.  
Sed stolidæ semper sine clara luce manebunt,  
Neglectum à sese tempus & esse gement.  
Hæc eadem inuolucro recitat studioſa vetustas,  
Temporis est ratio semper habenda datj.  
Messim erat, grauidi populantur frugibus agrj,  
Accipiunt segetes horrealata nouas.  
Rauca sub ardenti stridebat Sole Cicada,  
Res hominum tristi carmine visa loquij.  
Ipsa sed assiduo fruges formica labore  
Colligit, & terræ viscera ad ima trahit.  
Ne, quibus euitet maciem, sibi munera desint,  
Quando frequens niuibus bruma sub axe riget.  
Venerat acris hyems formicæ tecta Cicada  
Grana petens sua queis viscera pascat, adit.  
Dic, formica refert, quid flaua messē Cicada  
Egeris, in paruum dum vaho grana penu?  
Læta sub arbustis fallebam tempora cantu  
Inquit, nil timuj tempora dura famis.

Ergo

22  
33

Ergo ait, vt festis te oblectes ipsa choreis  
Nunc par est, placuit cui cecinisse prius.  
Sic delusa famem tristem patiatur oportet,  
Cui curæ ratio temporis esse nequit.  
Ergo tuæ, dum fata sinunt, memor esto salutis,  
Fac frustra pereat nulla vel hora tibj.  
Sæpe tuum ex imo plorabis corde reatum,  
Sæpe DEV Miratum supplice voce petes.  
Tam durus non est DEV'S vt pia vota repellat,  
Fert pater vt natis munera ferre solet.

O Ptime Christe veni, tua te charissima turba  
Hanc omni vt soluas criminè, sæpe vocat.  
Iustitiam cœlo demitte, vel eripe terris  
Quos tecum Ætherea viuere in arce cupis.  
Ni venias subito, mutata mente, malorum  
Forsitan in numerum plebs ruitura pia est  
Tesy luæ, te stagna vocant, te prata requirunt,  
O vtinam præsto sit modo summa dies.  
Amplius atroci non seruitute prememur,  
Nostra est in mundi fine futura quies.  
Credo quod hæc tristis faciesq; miserrima mundj  
Interitum iam iam summag; fata feret.

F I N I S.

